



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

De ministro & suscipie[n]te]. c. 28.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

riæ consistit, vt in aliis sacramen-
tis, sed in materiæ consecratione,
quæ fit virtute verborum: verbis
enim illis prolatis: Hoc est corpus
meum, nulla panis remanet sub-
stantia, sed accidentia sola, quan-
titas scilicet cum colore, sapore, &
odore, & primis qualitatibus, quæ
dicuntur species panis, sub quibus
est verum Christi corpus præsens,
vt fides docet, simul cum anima &
diuinitate.

De Ministro, & suscipiente.

Cap. 28.

Dvo sunt huius sacramenti
ministri, sacerdos quilibet
respectu consecrationis, &
sacerdos cui id ex officio incûbit,
vel commissione, respectu colla-
tionis. suscipiētes sunt pariter duo
vnus suscipiens & consecrans, vt
sacerdos celebrans, alter suscipiens
tantum, vt sacerdos cum sacrum

non celebrat, & laicus quando communicat. Quando enim sacerdos celebrat, sacramentum hoc sub utraque specie sumere debet, alias sub sola specie panis, uti & laicus, qui ad hoc 4. condiciones habere debet. * Primò namque oportet, quod adultus sit, nã infantibus, & pueris infra 12. annum dari non debet. * secundò debet esse rationis capax, non demens, vel phreneticus. * Tertio, sit ieiunus oportet, nisi mortis periculum immineat infirmo. * Quarto necessaria est confessio actualis in mortali existenti, contritio namque cum proposito confitendi nõ sufficit nisi in necessitate, ut supra Capitulo primo est dictum. Peccatum autem veniale etsi non impediatur effectum gratiæ habitualis, obstat tamen feruori charitatis. Meretrices verò publicæ, usurarii, histrones, concubinarij notorii à communione procul arcend.

sunt, nisi post pœnitentiam.
*De modis suscipiendi hoc Sacra-
 mentum, & defectibus, ac
 nominib. C. 29. & 30.*

Quatuor sunt sacramentum
 Eucharistiæ suscipiendi mo-
 di. * Primus in figura, quæ,
 ad modum prisci illi patres veteris
 testamenti. * secundus spiritualiter
 tantum, ut qui desiderio & voto.
 * Tertius sacramentaliter tantum,
 ut cum quis imparatus species sa-
 cramentales suscipit. * Quartus,
 sacramentaliter, & spiritualiter si-
 mul, uti sacramentum dignè sus-
 cipientes. Effectus quatuor, * pri-
 mus effectus est, gratiæ infusio cum
 virtutibus & donis, qua quidem
 gratia interdum remittitur p. m.
 ut in confesso qui tamen nec dum
 sua culpa, vel quovis alio defectu
 recepit gratiam, melius verò po-
 stea disponitur, vel in eo, qui vr-